e-codices

patrem et minorem filium praedicet. tamen filium non negat
conditorem; ergo cum uenia audienda sunt quae dicimus
rursum et conatus nostri fauore potius et orationibus audien
di et iuuandi. quam maliuola aure spernendi. ...... quia
carpere uel detrahere uel imperitia possunt. docto
rum autem est et laborantium mouere sudorem. uel lassis
manum porrigere. uel errantibus iter ostendere;
Dominus noster atque saluator non ita laborauit in gentium populo;
denique israhel loquitur confidenter; ecce tot annos seruio
tibi. et numquam mandatum tuum praeteriui. et numquam dedisti
mihi hedum. ut cum amicis meis epularer; Sed postquam
filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum me
retricibus uenit. occidisti illi uitulum saginatum; nec
tamen confunditur a patre sed clementer ei dicitur; fili
tu semper mecum es. et omnia mea tua sunt. epulari et
gaudere oportebat. quia frater tuus hic mortuus
erat et reuixit. perierat et inuentus est; Pro gentium popu
lo immolatus est uitulus saginatus. et pretioso sanguine effu
sus; De quo paulus ad hebreos plenissime disputat; et dauid
in psalmo. frater inquit non redemit. redimet homo;
decreuit christus ut ille cresceret. iste mortuus est ut ille ui
ueret; hic descendit ad inferos. ut ille in caelos ascenderet;
In israhel nullus tantus labor fuit; unde et inuidit iuni
ori fratri. quod post substantiam cum meretricibus lenonibusque

IIII

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 123, p. p.%2064 – Hieronymus, Commentarii in Ionam, Naum, Sophoniam, Aggaeum (http://www.e-codices.ch/en/csg/0123/p.%2064)